



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 35. Conditiones a Cæsare pro Pontificis liberatione præscriptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

potenter Cardinalis animum devincie- Sæc. XVI.  
A.C. 1527.  
bant, ut pro ejus libertate se extrema  
quæque tentaturum polliceretur, in cu-  
jus beneficii memoriam summus Pon-  
tifex eidem amplissimam status Eccle-  
siastici Præfecturam promisit, quæ tum  
haud alia erat, quam Marchiæ Anco-  
nitanæ legatio. His itaque favoribus  
devincti Moronus æque ac Columna  
Pontifici auctores erant, ut cum exer-  
citu de libertatis conditionibus ageret,  
nec moleste ferret, quicquid demum  
subscribere compelleretur, dummodo ex  
arce S. Angeli, ubi jamjam pestis gras-  
fabatur, liber dimissus, Urbevetum, Spo-  
letum, aut Perusium deduceretur, atque  
inde honestum fugiendi obtentum ac-  
quireret.

### §. XXXV.

#### *Conditiones a Cæsare pro Pontificis liberatione præscriptæ.*

Igitur Moncada cum Clemente Ponti- Guicciardini l. 18.  
Ciacon. to. 3.  
P 447.  
fice pactum init, cuius summa hæc  
erat: Papa circa Neapolin ac Mediola-  
num nihil contra Cæsarem molietur;  
in Hispania pro bello sacro stipendia, in  
aliis vero ejusdem Regis ditionibus de-  
cimas concedet; Carolo V. relinquet  
civitatem veterem, Ostiam, urbem Ca-  
stellanam, arcemque Foroliviensem;

P 5                   præ-

**Sæc. XVI.** præterea Pontifex septuaginta aureo-  
A.C. 1527. rum millia numeratæ pecuniæ militi-  
bus Germanis, Hispanis vero triginta  
tria millia solvet; & decimo quinto post  
die iisdem quamdam dictæ pecuniæ  
summam, elapso autem tertio mense re-  
fiduam, quæ Cæsari debetur partem,  
nimirum plusquam trecenta quinqua-  
ginta aureorum millia numerabit; do-  
nec vero primæ duæ solutiones fierent,  
Papa ad tutum locum extra Romam  
abducetur. Firmabantur utrinque  
hæc pæcta, decretumque, quod nona  
aut decima Decembris die Pontifex ex  
Arce S. Angeli dimissus, ad urbem de-  
signatam conduceretur.

## §. XXXVI.

*Papa sub Mercatoris habitu ex arce  
S. Angeli fuga elapsus.*

**Ciacon. l.cit.** Attamen summus Pontifex, cum mole-  

.448.

**Guicci. l.18.** stias identidem a Moncada sibi in-  
ferri pertimesceret, atque aliunde pæctis  
stare haud posset, nocte, quæ nonam ac  
decimam Mensis Decembris diem inter-  
cedit, mercatoris habitum indutus auf-  
fugit, & peropportune prope arcis por-  
tam invenit Ludovicum de Gonzaga,  
quem Cardinalis Columna præmisit  
cum copiis, quæ ad Pontificis partes  
pertractæ eundem ex signo utrinque  
con-